Pro tertio Ezech. ix. Signa thau sup frōtes viroꝝ gementiū et dolentiū. s. de ꝯditiōe regni. vñ Aug⁹. Peccator sp doleat: et d̄ dolore gaudeat. et de dolo/ris pena si ꝯtigerit doleat et non sit satis qd̄ doleat. s3 ex fide doleat. et non semꝑ doluisse doleat. de pe. di. iij. c. si apostolus.

☞ querebam⁹. eū — { pastoribꝫ / regibus / parētibꝫ. } — { velociter procedendo. / humiliter procedendo / lacrimabiliter perquirendo }

querentes — { pedibus / genibus / fletibus. } — { pigri. / supbi. / lasciui } — ꝑ — { operationem / humiliationem / compunctionem }

quibus — { occupemur / humiliemur / emendemur } — ꝑ — { efficaciam / obedientiā / penitentiā } — { manualem / regularem. / salutarem. }

Pro pmo ysa. lv. Querite dn̄m dū inueniri pōt. s. nō mundū cum auaris. qui sepe nuditatē deiectiōem et famē pro acquirendis diuitijs tolerant superni vero laboriose querere: tanto magis dissimulant. q̄nto magis retribui ea tar/dius putant. s̄m Grego. xlvij. di. c. omnes.

Pro secundo Sap. i. In simplicitate cordis querite illum. s. xp̄m. vñ Aug⁹. Justi mīstri non querūt gl̄iam suam mīstri eñ sunt. pro ducibꝫ haberi nolūt. spem in se poni exhorrescunt. de ꝯse. d. iiij. c. aliud. in fi.

Pro tertio. Mat. iij. in fi. Ecce mater tua et fratres tui querūt te. s. non nego/cium. vñ Aug⁹. Merito dictū est negocium: q2 negat ocium nec querit ve/ram quietem: que deus est. lxxxiij. d. c. qm̄. in fine.

☞ Te — { deum / dn̄m / iudicē } — { laudando / predicādo / expectādo } — omnium — { creatorem / redemptorem / remuneratorem }

vt — { regratiemur / recōmendemur. / remuneremur. } — { beneficia / in via / in patria } — { impensa. / ꝯdempsa / immensa }

quo — { formamur / informamur / reformamur. } — { ex nihilo / in seculo / in celo. } — ꝑ suā — { potentiam / sapientiaz. / clementiaz. }

Pro primo ps. Narrabo nomen tuū fratribꝫ meis in medio ecclesie laudabo te. s. plasmatorem. vñ Jero⁹. Idem est corporis creator et anime. noli despi/cere bonitatem figuli q̄ te plasmauit. lvi. d. c. nasci

Pro secundo Luce. xi. Beatus venter q̄ te portauit et vbera que suxisti. s. vt nos redimeres a reatu per penitentiā. vnde Amb. Fleat pro te mater ecclēa.

et culpam tuam lacrimis lauet. videat te christus merentem et dicat. beati tristes: quia ridebitis et gaudebitis. de pe. d. i. c. fleat.

Pro tercio Math. v. Esto consentiens aduersario tuo cito: ne forte tradat te iudici: et iudex tradat te ministro: et in carcerem mittaris. s. tu peccator. Unde Gregorius de concubinario loquens. scitur inquit in anime tue periculo te ministrare et deo nostro te sine dubio reddere rationem. xxxiij. d. c. habuisse.

Item de eodem

r Eformamini in nouitate sensus. Roma. xij.
In verbis premissis tria tanguntur.

scilicet	Sensualitas	deficiens	prauitate
	Ratio.	proficiens	puritate
	Gratia	perficiens	pietate

Quia anima	Deformatur	delicto	miserabiliter
	Reformatur	a christo	misericorditer
	Conformatur.	a deo	immortaliter

scilicet per	Cecitatem	sensus	in	perfidia
	Nouitatem	actus		penitentia
	Felicitatem	spiritus.		patria

Pro primo Roma. i. Tradidit illos deus in reprobum sensum: vt faciant ea que non conueniunt. s. habentes oculos lippos. unde Gregorius. Lippus itaque est: cuius sensum natura exacuit: sed conuersationis prauitas confudit. xlix. d. c. i. Lippus.

Pro secundo Roma. vi. Quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. s. per bonam et longam emendationem. Unde Gregorius. Scimus quidem quod edificati parietes non prius tignorum pondus suscipiunt. nisi a nouitatis sue humore siccentur. xlviij. di. c. fi.

Pro tertio Phil. iij. Saluatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. s. quia tunc totum reformabitur quod pro deiuitilitate: quos perdidisse probatur. xij. q. iiij. c. quicumque in fi.

☞ Reformamini. resurgendo in	Pluma leuiori.	vt	aquila.	per	agilitatem.
	Pelle fortiori		serpens		immortalitatem
	Cornu ponori		ceruus		impeccabilitatem.

Ut	Solaris luminis	diuine	potentie.
	Stricti foraminis	perfecte	penitentie
	Copiosi fluminis.	sempiterne	glorie

Ob	Ignem	amoris	et	amicicie
	Petram	splendoris.		conscientie
	Aquam	dulcoris		sufficientie.

Pro primo. quia in biblia non occurrit hoc verbum. Leo. remotis his que hostilitas intulit vnicuique id quod legitime tenuit reformetur. xxxiiij. q. i. c. i. s. innocentie stat²

vt turbata possessio reformet. de apel. c. cum teneantur

Pro secundo Grego⁹. Depositū in sua reformari eccl'ia atq̧ in ꝓprie dignitatꝫ ordie: decreuim⁹ reuocari. xvi. q. i. c. fr̄. s. p grāꝫ vt pax solida reformet. ꝺ indi. c. nonit. i fi. ꝛ pax rōnabl'r valeat reformari. de sen. ex. ꝯtingit. i. in fi.

Pro tertio. vt clericoꝝ mores ꝛ actus in melꝰ reformentꝫ: ꝯtinenter ꝛ caste viue re studeant vniuersi. de vita ꝛ hone. cle. s. in meliꝰ p gloriā. nisi casus an‑loꝝ et assumptis hominibꝰ reparatꝫ. qꝛ non pōt eoꝝ choꝛꝰ de ꝑsonis sui ordis angelici reformari. ne cleri. vel mo. c. relatum.

In nouitate — Ramoꝝ ꝓbitatis / Floꝝ honestatis / Fructuū caritatꝫ — intra / extra / sup. — scḋ ad — seipsum / proximum / deum.

Viuendo — Sobrie / Iuste / Pie. — p — modestiam / iusticiam. / clementiaꝫ. — oris / operis / pauperis

Nō — Voluptuose / Ignominiose / Rigorose. — p — lasciuiam / iniusticiā / iclemētiā — porcinam / vulpinam / caninam.

Pro ꝑmo Rōa. vij. Nūc aūt soluti sumꝰ a lege mortꝫ in q̄ detinebamur: ita vt seruiamꝰ in nouitate spūs. s. vt p potentiā baptismi nouā induamꝰ creaturaꝫ ex vetere in nouitate vite ambulātes. de ꝯse. d. iiij. c. ꝓprie. in ꝑn.

Pro scḋo. i. Thymo. vi. in fi. Deuitās ꝓphanas voci nouitates ꝛ expositōnes falsi nois scie. quā qḋā ꝓmittētes circa fidē exciderūt. s. p discordiā siue scisma. vn̄ discordiā pariūt nouitates. de ꝯsue. c. cum consuetudinis.

Pro tertio Ps̄. Filij tui sic̄ nouelle oliuaꝝ i circuitu mēse tue. s. p baptismū innouati. vn̄ Augꝰ. lꝫ innouatꝰ sit pꝛ: qꝛ nō de nouitate spūs: sꝫ de reliq̄is vetustatis carnal'r gignit: innouādꝰ est filiꝰ. de ꝯse. d. iiij. si baptizata. Vn̄ Leo in ſmōe de natinitate dn̄i: redit ad innocentiā iniq̄tas: et ad nouitatē vetustas. Ite:n vite nouitas illa quā Hieremias ꝓpheta lōge an̄ ꝓnūciauit: impleta ē. Ecce inq̄t dn̄s fecit nouū sup terrā: femina circūdabit virum.

Sensus. q̄ — Decipit / Inficit / Afficit. — per — escam / culpam. / penam. — delectationis / transgressionis / reprobationis

Sic̄ auis — Decipit / Inficit. / Afficit — p — sentbellū / luctum. / ictum. — nō ꝯsiderās — clauū in cibo / viscum in ramo / arcū in pugno

Caueatur — Clauus / Viscus / Arcus. — per — discretionem / abhoīationeꝫ / emendatiōem — intelligentie. / inmundicie: / penitentie.

Pro primo.ij.Cor.xi.in pn. Timeo ne sicut serpēs euā seducit astutia sua. ita corrūpantur sensus nostri.et excidant a simplicitate que est in xpo.s. p terrena. Vñ amor carnalis et timor atqȝ auaricia plerūqȝ sensus hebetant humanos.xij.q.v.c.accusatores.iij.et iuxta Grego.sensus humane cogitatio nis si sestulū z perōrem intelligit cognitōem intime claritatis apprehendit. Si si sibi cādorē iusticie tributi a luce se supne cognitōis excludit.xlix.d.i.c.i.

Pro scdo.i.Cor.xiiij. Fr̄s nolite pueri effici sensib⁹.s.vanis. (F.albugicz, Vñ Jero⁹. Nōne vobis videntur inuanitate sensus ingredi q̄ diebus ac noctib⁹ in dyaletica arte torquentur.xxxvij.d.c.nonne

Pro tertio Ephe.iiij. Jam non ambuleris sicut et gentes ambulant in vani tate sensus sui.alienati a vita dei.s.forte ob ventrē pinguem.qr iuxta Jero nimū: venter pinguis: crassum generat sensum.xliij.d.§.fi.

Dominica secūda post epipha.

i Jmplete ydrias aqua. Johan.ij. In verbis premissis tria tanguntur

Scilicet — Cordi / Dei / Doni — Ariditas / Benignitas / Largitas — infirmantis / humectantis / saciantis

Dr — Languet / Latet / Liquet — ingeniū / misteriū / bñficium — vacuarū ydriarū / aquarū viuarum / plenarū placearū — p — ignorantiā / sapientiam / munificētiā

Sed adest — Aqua p / Jnydria / pleniitudinē — sapientie / ignorantie / munificentie — salutaris / bestialis / liberalis

Pro primo Johā.iiij. Reliquit ydriam suā mulier abijt in ciuitatem.scz ydriā vacuam. Vñ in Omel.euangelij hodierni.ydrie sunt vasa aque receptui preparata:acto vocabulo a ppietate greci sermōis:qm̄ aqua grece ydor vocat

Pro.ij. Ecclesiast.ci.xv. Cibauit illum pane vite z intellectus:z aqua sapientie salutaris potauit illum scz affluenter. Vñ Ambros. Sacerdos verbo dei tangit petram z fluit aqua:redundat aqua in calice:z salit in vitam eternaz de conse.di.ij.c.in calice.

Pro.iij. Luce.i. Esurientes impleuit bonis.scz z beatam virginē gr̄a Unde Aug⁹. Totus erat apud prēm qn̄ venit in virginem:impleuit illam:nec recessit ab illo.de cōse.di.ij.c.Quimanducat

☞ Jmplete ob — Defectum / Profectum / Preceptum — humanitatis / sanctitatis / deitatis — languentis / vngentis / pungentis

Ut — Defectum / Profectum / Preceptum — suppleamus / augeamus / impleamus — per — penitentiam / perseuerantiam / obedientiam

de epifania, dele, ubi de san oif fit,

Dominica secūda post epiph̄a

Ne	Vicio	infirmemur	retento.
	Ocio.	pigritemur	accepto
	Odio	exheredemur.	contra nos concepto.

Pro p̄rio ps̄. Imple facies eoꝝ ignominia. ⁊ querent nomen tuum domine. scꝫ legem implendo. Vn̄ grego. Qui sine peccato est vestrum: primus i il/lam lapidem mittat. i. primo. vos ipi iusticiam legis adimplete. ⁊ sic innocentes manib⁹ ad lapidandam ream concurrite. iij. q. vij. c. postulatus

Pro secūdo Johannis. xij. domus impleta est ex odore vnguenti. s. p gratie effectus. Unde augus. gratia q̄ per christum datur nō solum remissionē peccatoꝝ facit: sed etiaꝫ vt lex impleatur vt natura liberetur. nec peccatū dominetur. de conse. d. iiij. c. gratia

Pro tercio. Luce. iij. omnis vallis implebitur. s. fructibus. Unde Ambrosius. Nuptie implent terrā. virginitas paradysuꝫ. xxxij. q. i. c. nuptie.

ydrias cordis.	Duras.	sine	cōpūctione	animi
	Frigidas		cōpassione	proximi
	Pōderosas.		alleuatiōe.	iudicij

ex	Rigiditate	obstinationis	interne
	Frigiditate.	obliuionis	fraterne
	Pōderositate	dampnatōnis	eterne

Nisi efficiantur	Molles	per	penitētiam.	virtuosam
	Feruentes		amicitiam.	viscerosam
	Leues		celi gloriam.	fructuosaꝫ

Pro primo Johannis. ij. Erant autē ibi lapidee ydrie sex. scꝫ cordium durorum. Vn̄ in omelia eiusdem euangelij. spūalr autem ydrie corda significant que continent in se aquam. s. scientiam scripturarum.

Pro secūdo gen̄. xxiiij. pauxilluꝫ aque ad sorbendum p̄be mihi de ydria tua scꝫ. clementer. Unde in eadem ol̄a Pater ignosce illis. quia nesciunt quid faciūt. ydria quā aquā plenā inueneris mutata ē tibi in vinū. s. ɔpa sio. s.

Pro. iij. Ecclastes. xij. conterat ydria super fontem ⁊ conteratur rota super cisternam. s. nisi conuertatur per exempla sanctorum. Unde in eadē omel quicūqꝫ sanctoꝝ exempla cōsiderans bn̄ viuere didicerit: inuenit ydrias de quarū haustu: ⁊ ablui ⁊ satiari possit

Aqua sapientie que	Rigat.	arida	per	febres
	Lauat.	sordida.		feces
	Curuat	rigida		vt fustes.

scꝫ.	Estus	auaricie	mundialis
	Fluxus	luxurie	corporalis.
	Motus	iracūdie	cordialis.

cū	Liquore	sufficientie	mundanorum
	Nitore	mundicie	perfectorum.
	Dulcore	beniuolētie	animorum.

Pro pmo. Apo. xxi. Ego sitienti dabo de fonte aque viue gratis. s. ad reficien dū. vñ Ambro. Judeis aqua de petra fluxit. tibi sanguis xpi. illos ad horā satiauit aqua. ⁊ te sanguis xpi diluit ī eternū. ꝺ ꝯse. di. ij. c. reuera. in pn.
Pro. ij. Ezech. xxxvi. Effundā sup vos aquā mūdā ⁊ mundabimini ab omībꝫ inquinamētis vr̄is. s. criminalibꝫ. vñ Amb. Per aquā baptismi trāsitꝰ est de terrenis ad celestia. de pctō ad vitā. de culpa ad grāz. de inqnamēto ad sācttificatōem. Qui p hāc aquā trāsit nō moritur. sꝫ resurgit. ꝺ ꝯse. d. iiij. c per aquā
Pro. iij. Johan. xix. Unꝰ militū lancea latꝰ xpi aperuit. ⁊ ꝯtinuo exiuit sāguis ⁊ aqua. s. sacroꝝ ecclie. vñ Gregꝰ. Sola est ecclia q̄ intra se positos: valida caritatis ꝯpage custodit. Vñ ⁊ aq̄ diluuij archā q̄dem ad supiora sustulit. oīes āt q̄s extra inuenit extinxit. xxiiij. q. i. c. quia ex sola.

Item de eodem.

Benedicite et nolite maledicere. ad Roma. xij. In verbis pmissis tria tanguntur. scilicet.

Eloquū	Congruitas	approbanda	ob	profectum
	Incōgruitas.	reprobanda		defectum
	Usualitas	extirpanda.		abusum.

q̄a	Eloquentia	suadetur	benedicoꝝ
	Blasphemia	abhorretur	maledicoꝝ
	Experientia.	inhibetur	vsitatorum.

est	Uitium	inexcusabile	maledictionis.
	Studium	damnabile.	assuefactionis
	Eloquium	laudabile	benedictionis

Pro pmo. ps. Bñdicam dñm in omni tempore: semp laus eiꝰ in ore meo. s. voto. vñ Augꝰ. vt sono in foro. sic voto solet in ecclesia benedici. itaqꝫ forensis illa nōnūqꝫ forte bona dictio dici potest. nūqꝫ tamen benedictio dici debet. xxviij. di. c. sedulo. in fine.
Pro scdo. i. Pe. ij. q cum malediceret nō remaledicebat. cū pateret nō cōminabat. s. p vindictā. vñ Gregꝰ. Q nqꝫ maledicū nō iudicio iusticie. sꝫ liuore vindicte pmittit. a q̄ voce pauli p̄dicantis cessare ammonemur. q̄ ait. Bñdicite et nolite maledicere. xxiiij. q. iij. c. cum sancti. in fi.
Pro tertio. i. Coꝝ. vi. Nolite errare. neqꝫ maledici. neqꝫ rapaces. regnū dei possidebūt. s. impenitentes. vñ Augꝰ. Si ergo penites cur facis que mala fecisti. si fecisse penites noli facere: si adhuc facis: non es recte penitens. de pe. dist. iij. c. peni.

☞

Bñdicite. p	Affectū	cordis	ex	recta intentione.
	Affatū.	oris		munda locutione.
	Effectū	opis		pia prosecutione

vt verbum	Primo	sit in	lima	rationis
	Scdo		lingua	prolationis
	Ultīo		litera.	factionis

	Corde	digeratur	interius meditando
Sic	Ore	proferat	exterius annunciando
	Opere	compleat	vlterius aptitando.

Pro.i. Prouer.xi. Aia q̄ bn̄dicit ipinguabit.s.p cordis sctificatōez. Vn̄ bn̄dictio sctificatōis traditio est. bn̄dicere āt aliis eū q̄ vulnera sua dz curare.ↄ s
Pro.ij. Tob.xi. Bn̄dicite deū celi ꝛ corā omi (nō est.xxviij.di.c.presbīm. bus viuētibꝰ ↄfitemī ei.q2 fecit nobiscū miscōiaz suā.s.ore laudandā ꝛ regratiandā. vn̄ Jeroꝰ. Utile est bn̄dicere. ↄgruū ē ↄfirmare ī fide. xcv di c.ecce.
Pro.iij.i.Cor.iiij. Maledicimur ꝛ bn̄dicimꝰ.ꝑsecutōz patimur ꝛ sustinenꝰ. blasphemamur ꝛ obsecramꝰ.s.scte faciēdo.al'iuxta Grego. Qui maledictꝰ est.s.in opibꝰ suis.q̄uo bn̄dicere pōt.i.q.i.c.quicūq3 sacros.

☞	Auditorio	studij			lectionis
Nolite vti in	Cōsistorio	iudicij		scz	interlocutionis.
	Refectorio.	prandij.			refectionis

	Recitando.		certa	scientia.
male	Sentētiando.	ex	data	pecunia
	Murmurādo		dura	patientia

	Linguosi	homines	detrabendo
vtunt	Corrupti	iudices	decernendo.
	Infirmi	irascibiles	cōmouendo

Pro p̄mo Mat.vij. Nolite iudicare.s.diffamādo: ꝛ nō iudicabimini.s.vapulādo.ꝛ tū nō debemꝰ de eoꝝ detractōe curare. vn̄ Augꝰ. Inter iustū iudicē ꝛ et ↄsciāz tuā noli timere nisi cāz tuā.xi.q.iij.c.custodi.
Pro.ij. Joh.vij. Nolite iudicare ſm faciē.s3 iustū iudiciū3 iudicate.s. ex aīo cā et ordine iustū. vn̄ Gregꝰ. Sicut sine iusto iudicio nolumꝰ queq̄ ↄdēnari. itaq3 iuste diffinita sūt: nolumꝰ nō differri.ij.q.i.c.sicut.
Pro.iij. Lu.xxi. Cū audieritis p̄lia ꝛ seditiōes: nolite terreri.s.a bono cessando. vn̄ Augꝰ. Forte nata est in te caritas.sed nō dum pfecta. noli desperare: nutri eam: ne forte suffocetur. de pe.di.ij.c.forte.

☞	Mentiendo	et animo	et scienter
Maledicere	Detrabeodo	proximo.	et latenter
	Blasphemādo	p mimo.	imprudenter.

	necator.	sue	innocentie
fit	predicator	aliene.	substantie.
	Iniuriator.	paterne	reuerentie,

	Exterminandus	morte	culpe
Et sic	Expoliandus	dote	gratie
	Exheredandus	sorte	glorie

Pro.i. Jaco.iij. in lingua benedicimus. ꝛ in ipa maledicimus. ex ipo ore pꝛocedit benedictio ꝛ maledictio. s. mentiendo. etiam ex inaduertentia. Unñ Jero. Qui negligũt oĩs maledicti consuetudinẽ resecare. ꝛ si ñ corde maledicãt: tñ immũdiciam labiorum: ſm ysaie verbum: ꝛ inquinamẽta oris contrahunt. xxiiij. q. iij. qui negligunt.

Pro.ij. Geñ. xxvij. qui maledixerit tibi. s. detrahendo. sit ille maledictus. scꝫ. ꝑ culpã ꝛ non per nostram linguam. Unde Hyeroñ. ab omni maledicto puri esse debemus. nam merebatur dyabolus maledictum. sꝫ per os archangeli dicentis. imperet tibi deus blasphemia exire non debuit. xxiiij. q. iij. ca. si igitur.

Pro.iij. Exod. xxi. Qui maledixerit pr̃i suo aut mr̃i: morte moriaᷓ. scꝫ. patri carnali. vel deo cũ sit regratiandus. Unde Hyero. Qui gratias deo non egerit. sed scientiam sibi vendicauerit: ꝑin penuria maledicet. xvi. q. i. c. reuertimini. in fine

Dominica tercia post epipha.

Confestim mundata est lepra. Mathei. viij

In verbis premissis tria tanguntur.

scꝫ	Infirmitas	horribilis	scꝫ	passionis infecte
	Sanitas	desiderabilis		mundatõis perfecte
	Velocitas	mirabilis		operatõnis accepte.

Ubi est	Horror	ex	vicio infectiuo	morbi grauantis
	Decor		bñficio purgatiuo	medici sanantis.
	Stupor		tempore tempestiuo	motus alleuiãtis

Unde	Lepra	fugatur	exterius a corde
	Culpa	mũdaᷓ.	interius in hoĩe
	Mora	vitatur	vlterius in tẽpore

Pro pͥo Lu. v. Volo mũdare. ꝛ cõfestim discessit lepra ab illo. s. peccati Unñ obstinatio animi ꝛ contemptus confessionis q̃dã mors est impietatis ꝛ lepra superbie. de pe. d. i. ante. §. eõ

Pro secũdo Mathei. xi. claudi ambulant. leprosi mundantur. s. igne spũs sancti. Unde origenes. qui vult peccato mundari: ignem alienũ remoueat. ꝛ illi igni se offerat: qui culpaꝫ exurit non homiẽꝫ. de pe. d. iij. c. inter hec. verbũ. i.

Pro. iij. act. ix. Et confestim ceciderũt ab oculis eius tanq̃ꝫ squame ꝛ visum recepit. s. christum veritatis. Unde hieronim⁹. si suscepim⁹ xpũm in hospicio corporis nostri cõfestim. al. illico fugamus dyabolum. ꝛ si per peccati ianuam ingressus fuerit dyabolus: protinus recedit. ꝛ xpũs de pe. d. ij c. si enim. vltra princi. s. i. statim. non cõfestim vsq̃ꝫ ad annum. de resti. spolia. c. olym. i. in verbo cum statim

Confestim sine	Dieta.	phisicali.	que non obseruatur
	Die	creticali	qui non expectatur
	Plastro	naturali.	quod non ministratur

	Patris	potentiam	omnipotentem
Per	Filii	clementiam	superemitentem
	Spiritus	sapientiam	supereffluentem

Volo	profertur	ab ore	salvatoris
Salus	confertur	in mente	peccatoris
Morbus	aufertur	a carne	viatoris

Pro.i. ysaie.xxix. Confestim a dño exercituũ visitabit in tonitruo 7 cõmotiõ scʒ cõtritoꝝ 7 nõ corruptoꝝ. quibꝫ si spes numi subtrahit ꝯfestim a iusticie cõ fessione recedũt. acceptio numoꝝ ꝑuaricatio veritatis est. iuxta grego. xi. q iij.
Pro.ij. Luce. viij. añ fi. Et cõfestim stetit fluxus sanguis eiꝰ: scʒ c. Qui recte emorroisse. Nam ignis spũsancti siccauit emorroisse sanguinẽ profluentez p. c. inter h yrch ij. i. de pe. d. iij. Et cõfestim. Vñ in hymno magdalene cantatur. Vñ cõfestim totius reatus cõtulit crist' veniã peccãti: symoni dignũ paradigma pandens: ore benigno. Et sapiens ille Catho filiũ instruẽs edocebat. Qđ tibi suspectũ est cõfestim discute quid sit. Et ps. Ferant cõfestim cõfusionem suã qui d' cunt mihi euge euge
Pro.iij. Luce. xiij. Et cõfestim erecta est 7 glorificabat deũ: scʒ mlr inclinata que filia abrae nõ bis sed semel fuit a dcõnio liberata. iuxta Augꝰ. de pe. d. iij c. ad hũc instant. post pn. 7 cõfestim. Vñ Gregꝰ in omel. sup illo verbo. vt cũ venerit 7 pulsauerit cõfestim apiant ei. Vñ cõfestim apimus si hũc cũ amore suscipimus. 7 q de sua spe 7 opacõe securꝰ est. pulsanti cõfestim apit q' cũ tempore ꝓpinque mort s agnosc t. de glã retribucõis hilarescit de elec. c. fundamenta. in pn. li. vi.

Mundata est	Sanguinis	innocentis		costantinus
vi	Fluminis	decurrẽtis	vt	naaman syrus.
	Flaminis	influentis		iste hodiernus

	Saguinem	redemptionis	effusum
Per	Lancem	regeneratiõis	refusum
	Spiritum	vivificationis	infusum

Syrupus cõ	Culpa	tollitur	criminalis
ficitur: quo	Pena	remittitur	gehennalis
	Gratia	infun ditur	Spiritualis

Pro.i. Luce. xvij. Et factum est dum irent mundati sunt: scʒ a cristo de cuiꝰ latere exiuit sanguis 7 aqua. sanguis vt redimeret. aqua vt mundaret Iuxta Ambros. de conse. d. ij. c. in calice.
Pro.ij. Luce. iiij. Multi leprosi erãt sub helyseo ꝓpha 7 nemo eoꝝ mũdatus est nisi naamã syrus scʒ in ꝑbo ꝓphe 7 xpi Vñ Augꝰ. Nõ ait xpc s mũdi estis ꝓpter baptismũ: scʒ ꝓpter verbũ qđ locutꝰ sũ vobis: q2 7 in aquã verbũ mũdat.
Pro.iij. Nee. xij. mũdati sũt sacerdotes: 7 leuite mũdaue de cõ. d. iiij. c. aliorũt ꝑplm: scʒ cum vino districtiõis. Unde Gregꝰ. Per vinum mundantur putrida. per oleum sananda fouentur. xlv. d. c. Disciplina. in prin.

c

Lepra	Bule	fetore	ingurgitationis inferne
	Cutis	tumore	eleuationis supbe
	Carnis	ardore	inflãmationis acerbe

Lũaia est	Fetida	per	intẽpantiã	ciboꝝ
	Tumida		arrogantiã	bonoꝝ
	Languida		auariciam	aioꝝ

Mundaꝛ puulo	Tpantie	in	sobrietate	obseruata
	Obedientie		hũilitate	ordinata
	Sufficiẽtie		paupꝛtate	tolerata

Pro primo Leuiti.xiij. Quodcũqꝫ maculatuꝫ fuerit lepra habebit os veste ↄtectũ.s.ꝓpter fetorẽ culpe. Unde Amb. de lepra giezi cito turpem sequiꝛ lepra mercedem. ꝛ pecunia male acquisita. corpus aiamqꝫ cõmaculat. i.q.i.c. cito turpem.

Pro secũdo Leuiti.xiij. Si creuerit in cute lepra: ↄtaminabit eũ.s. leprosum. sacerdos ꝓpter infectionẽ. Unde Ambro. cũ ordinareꝛ epũs qđ dedit auꝝ fuit. qđ perdidit aĩa fuit. cum alium ordinaret. quod accepit auꝝ fuit. quod dedit lepra fuit. i.q.i.c. cum ordinareꝛ.

Pro tercio Leuiti.xiij. Caro eñ viua si lepra aspergiꝛ: imunda est.s. pterim per auariciam. Unde Ambro. Oĩs cupidi oĩs auari spũalem giezi leprã cum diuitijs suis possident. ꝑ.c. cito. i.fi.

Item de eodem.

v Ince in bono malum. Ad Roma.xij.
In verbis premissis: tria tanguntur.

Scꝫ i.	Belli	victoria	desiderata
	Hostis	senicia	ↄculcata
	Prede	magnificẽtia	repoꝛtata

Quia est	Gloriosa	honore	triumphi optati
	Maliciosa	rancore	animi turbati
	Preciosa	valore	pcij extimati

Nam	Uincens	coronaꝛ	cum victoria
	Malum	exturpaꝛ	a ↄscientia
	Bonum	repoꝛtaꝛ	in patientia

Pro primo Apoc.ij. Uincenti dabo manna absconditũ.s. sed nõ anteqꝫ vincat. qꝛ indecens est prius soluere vinculum militie qꝫ cedat victori aduersitas preliorꝫ. de renũ.c.i.

Pro secũdo ps. Diuerte a malo ꝛ fac bonũ. i. ↄfitendo. quia melior est humilis in factis malis confessio: qꝫ in bonis supba glo riatio. xi.q.iij.c. iniustũ.

Dominica tercia post epipha.

Pro tercio.i.Thessa.v.Omnia pbate qd bonum est tenete.s.ppter meritum. Unde nō loca vel ordines creatori nostro nos primos faciūt.sed nos aut merita bona cōiungunt: aut mala disiungunt.xl.d.c.non loca.

	Carnem		delitijs			inficiunt
Uince	Mundum	cū	diuitijs		que	deficiūt
	Demonem		extollētijs			decipiunt

	Armatura	penitētie		austeritatis
Sz vince cū	Sagitta	sufficientie	et	paupratis
	Lancea	obedientie		hūilitatis

	Caro	domat	rebellans'
Quib9	Mūdus	supatur	ma'ignās
	Demon	fugatur	debellans

Pro primo Sap.viij.Sapientia vincit maliciā.s.carnis pſertim cū patientia. Unde Jero.Iram vince patientia.ama scientiā scripturarū: ꝛ carnis vicia nō amabis.de ↄſe.d.v.c.nunq̄.

Pro secundo Hebreoꝝ.xi.Sancti p fidem vicerunt regna.s.pro pacis vtilitate. Unde Aug⁹.Esto bellando pacificus.vt eos quos expugnas:ad pacis vtilitatem pducas vincendo.xxiij.q.i.c.noli.

Pro tercio.i.Johis.ij.Scribis qm̄ fortes estis ꝛ vicistis malignū.s.bonorando. Unde Jero.oret ergo sacerdos ecclesie indesinenter vt vincat pp'ls qui sub eo est demones impugnantes.xxxvi.d.c.fi.in fine.

	Nature		gratiarum	actio
In bono	Fortune	sit	elemosynaꝝ	largitio
	Gratie		animaꝝ	directio

	Studiū	cordiale	meditationis
Per	Subsidiū	manuale	subuentionis
	Consilium	salutare	informationis

	Adiurando		munere	abundanti
Deū	Adiuuādo	in	paupere	mendicanti
	Predicādo		plebe	ignoranti

Pro primo.i.ad Timo.iiij.Omnis creatura dei bona.s.ꝛ sic sine peccato creata. Unde Jero.quō dies ꝛ nox misereri nequeunt.sic insticia ꝛ iniquitas.peccatum ꝛ bona opa.de pe.d.ij.c.si eni.post princi.

Pro secūdo.ps.Cantabo domino qui bona tribuit mihi.scꝫ fortune que sunt paupeꝝ. Unde Ambrosius.Tantorū te scias bona inuadere.quantis possis patriare qd tenes.xlvij.d.c.sicut hij.in fine.

Pro tertio. i. Pe. ij. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonã. s. ꝓpter virtutes et mores. Vñ Augustin⁹ Uerus ornatus christianorũ non quidem vestis ꝙ pompa: sed boni mores sunt. de ꝯse. d. v. c. fuscare.

	Cure.	mundialis		sollicitudinẽ mundanoꝝ.
Malũ	Culpe	spũalis	per	putredinem peccatoꝝ.
	Pene.	materialis		fortitudinem tormentoꝝ.

Cura	afficit		ardore cordis.
Culpa	inficit	ex	fetore criminis
Pena	officit		dolore vulneris

	prudẽtie	interne	cor illuminantis
Nisi vincat ꝑ virtutem	gratie	eterne	culpam extirpantis
	glorie	supne	penam effugantis

Pro ꝑmo Dñs custodit te ab omĩ malo. s. etiã cure. vñ Aug⁹. q̄ habetis aliq̃d de malo: facite inde bonũ. q̄ nõ habetis aliq̃d ex malo: nolite acq̃rere de malo. esto tu bonus: q̄ facis de malo bonũ. xiiij. q. v. c q̄ habetis

Pro scdo Prouer. viij. timor dñi odit malum. s. culpe. quos enim timor dei a malo nõ reuocat: ecclesiastice saltem coherceat seueritas discipline. de elect. c. cum in cunctis. in fine

Pro tertio Ps̃. Virũ iniustũ mala capiẽt i interitu. s. penaꝝ. vñ Aug. meli⁹ est mala tollerare: ꝙ malo ꝯsentire. xxxij. q. v. c. Ita ve

Dominica quarta post epiphã.

D Omine salua nos perimus. Matthei. viij.
In verbis premissis tria tanguntur

	Maris	naufragium	formidabile.
Scꝫ	Salutis	remedium	acceptabile.
	Portus	desiderium	delectabile

	Periclitamur.	in tempestate	vndarum
Scꝫ q̄	Liberamur	a profunditate	aquarum
	Assecuramur	soliditate	terrarum

	Fluctuamus		culpam	cõmissam
Quia	Saluamur	per	pniam.	admissam
	Repatriam⁹.		gratiaꝫ	immissam

Pro ꝑmo Ps̃. Erraui sicut ouis q̄ perijt. s. ꝓpria libertate. Vñ sic hõ ꝓpriũ arbitriũ volũtate serpenti obediens perijt: sic vocante ad se grã dei: ꝓpria mentis ꝯuersatione quisqꝫ credendo saluat. xlv. d. c. de iudeis

Pro scdo Math. viij. Venit filius hominis querere et saluare quod perierat scꝫ diu ad penitentiam expectando. Unde Hieronim⁹. Moderatio dei ac

pietas solum reditum nostrum querit: ac nos cupit longa bonitate sua salvari. xxiij. d. c. diaconi sunt. in fine

Pro tertio Joh. vl. Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. s. corde. Unde magis est inspector dominus cordis operis. xv. q. vi. c. i. Et. xxvi. q. vi. c. si presbyter.

☞ Dñe. qui nos	Producis	ex nihilo	in	vterum
	Deducis	de vtero.		seculu3
	Reducis	a seculo		celum.

Nos	Creando	per	patris	potentiam
	Sanãdo		filij	sapientiam
	Saluãdo.		spũs	clementiam.

ex	Miscdia	in	vita	cũ	sua similitudine	speciosa
	Gratia		via.		sacroꝝ sctitudie	virtuosa
	Venia		pãia		honoꝝ pleitudie.	gloriosa

Pro pmo Johan. xiij. Uos vocatis me magister ⁊ dñe: et bñ dicitis: sũ etenĩ. s. dñs et mgr ac creator. Uñ dixit ei Petr⁹: dñe q̃ vadis. Et dñs ad eũ. Uenio romã iteꝝ crucifigi. q̃ f. l. sunt legit. c. per venerabilem.

Pro secundo Math. viij. Domine si vis potes me mundare. s. ex tua benignitate. Unde Hieronim⁹. Uide benignum dominũ: misericordiam cum severitate mi̇scentem. de pe. d. i. c. vide.

Pro tertio Math. vij. Nõ omnis q̃ dicit mihi dñe dñe: intrabit in regnum celoꝝ: sed q̃ facit voluntatem patris mei. s. repertus iustus in morte. Uñ Cyprianus. Qualem te inuenerit domin⁹ cum vocat: talem pariter et iudicat. de pe. di. i. c. nunquid.

☞ Salua nos. in naui ecclesie et pnie nauigantes	Natando	actiui	vt	coniugati
	Velando	ɔtẽplatiui		religiosi
	Reĩgãdo	mixti		prelati

Labore	Manuum	operationis	manualis
	Velorum	orationis.	verbalis
	Remorum	directionis	realis

Per	Obedientiam	preceptorum	veracem.
	Obseruantia3	consiliorum.	efficacem
	Custodiam	subditorum.	sagacem

Pro pmo Johan. x. Per me. s. precepta mea: si quis introierit saluabitur. s. penitendo. Unde quãq̃ per penitentiã animas saluare possimus: infamiã tñ abolere nõ possum⁹. ij. q. iij. §. hinc colligitur.

Pro scdo Ps. Humiles spũ saluabis. s. cum alijs bonis operib⁹. Uñ Hiero⁹. Quo absq̃ ceteris operib⁹ virgitas sola nõ saluat: sic oĩa opa absq̃ virginitate puritate continentia et castitate: imperfecta sunt. xxxiij. quest. v. c. tunc saluabitur.

Pro tercio. ps. Oies a iumenta saluabis dñe. i. subditos a platos. s. pfitedo Unde Amb. Confessio aiam a morte liberat. pfessio paradisum aperit. cõfessio spem saluandi tribuit. de pe. d. i. c. ecce nunc.

Perimus. ex	Undarum	tempesta te	vehementi
	Aquarum	pfunditate	iminenti
	Beluarum	imanitate	insurgẽti

per	Conflictũ	temptationis	criminalis
	Abyssum	pperationis	actualis
	Impetũ	damnationis	gehennalis

p	Undas	labimur			psensum
	Aquas	demergimur		in	ptemptũ
	Beluas	psumimur			infernum

Pro primo Ezech. xxvi. Quõ peristi q̃ habitas in mari. s. p peccatũ. Uñ Jero. Ciuitas niniue que peccato perijt. fletib⁹ stetit. de pe. di. i. c. importuna.

Pro secũdo. ps. Perut fuga a me a nõ est q̃ requirat aiam meam. s. ptemnentẽ archam ecclesie. Unde Jero. Si quis in archa nõ fuerit: peribit regnante diluuio. xxv. q. i. c. qm̃. in fine.

Pro tercio. i. Cor. x. Neq3 temptemus deũ sicut q̃dam eorũ tẽptauerũt a a serpentibus perierũt. s. vt crassus q̃ aurũ sicut vinũ bibit. eque perijt vero auro sicut veneno. i. q. i. §. ex his verbis. a iudas. q₂ iuxta aug⁹. laq ueo traditor perijt. laqueũ talib⁹ dereliquit. xxiij. q. v. c. tu dixisti.

Item de eodem

p Lenitudo legis est dilectio. Romanorũ. xiij.
In verbis premissis tria tanguntur. nam

Legis	Officium	est	ligare	nocua
	Bñficium		amare	proficua
	Breuiariũ		sũmare	prolixa in regulis iuris

Uñ lege	Ligamur	precepto			dictator est xp̃us
	Armamur	documẽto		cui⁹	obseruator pp̃lus
	sũmamur	bis in mom̃to			abreuiator aplus

scz p	Euangelicã	lectionem	in casu	longo vel prolongato
	Catholicam	dilectionẽ		practicato
	Apostolicam	predicationẽ		abreuiato

Pro primo. Jacobi. ij. Quicũq3 totam legem seruauerit. offendit aũt in vno. factus est oim reus. s. ad penam. Unde Isid. Legis premio vel pena vita moderat humana. iiij. d. c. fi.

Pro secundo. Job. xv. Manete in dilectione mea. s. pp̃ter securitatem. Unde Amb. Illic pturbatio: vbi modica fides. ibi securitas: vbi pfecta dilectio.

xxiiii.q.i.c.non turbatur.

Pro tertio Eccl'.i. Plenitudo sapientie timere deum.s.qd̃ sufficit. Uñ grē plenitudo: additione nō indiget.vi.q.i.c.si oia

Plenitu do.nihil	Addito	in	re	de	contrariis viciis
	Remoto.		ope.		necessariis obsequiis
	Mutato		ordie.		ordinariis obseruātiis

Sine	Simulatione	intentionis	interioris
	Obmissione	operatōnis	exterioris.
	Cōmutatione	ordinatiōis	superioris

Sez	Mala	vitando	cum	detestatione.
	Bona;	sectando		acceptatione
	Formam	fuando.		limitatione

Pro pmo Ecclesiastici.xxiiii. Et in plenitudie sctōꝝ detentio mea.s. virtutū p misc̄diam. Uñ Amb. Misc̄dia inqt: v̄tutū est plenitudo. ⁊ iō oibꝫ ē preposita pfecta forma v̄tutis.lxxxvi.d.c.nō sat's.§.in singulis.

Pro scd̄o Johā.i. De plenitudine ei' oēs accepim': grām pro grā .s. et non vmbrā. Unde antiqs figuris et vmbris valedicentes: grām et veritatē preferimus: et sic plenitudinē legis recipimus.de pse.di.iii.c.septam.

Pro tertio ad Heb.x. Accedam' cum v̄o corde in plenitudine fidei.s.vt fides sit in ordine prior ad cognoscendū deū. quē licet nequeat mens hūana, plene rōnis inuestigatōe comprehendere: fidei tñ plenitudo complectitur. iuxta Ambro.xxiiii.q.i.c.non turbatur.

Legis. in statutis	Preceptorum.	obligātiū ex	bono	indicto
	Prohibitionū		malo	relicto
	Consiliorum.		voto	condicto

Per q̄	Licita	promouentur	ad	occupandum
	Illicita	inhibentur		repudiandum
	Cōgrua	suadentur.		obseruandum.

Ut	Ambulemus	per	Plana	iustorum
	Nō deuiem'.		Deuia	reproborum
	Properemus		semitam.	perfectorum

Pro pmo Lu.x. In lege qd scptū est: quō legis. diliges dn̄m deū tuū. seqt. hoc fac ⁊ viues.s.cū clemētia. Uñ Jero'. Qui clementiā nō hꝫ q̄uis spūal' sit. nō adimplet legē xpi.lxxxvi d.c.q clementiam.

Pro scd̄o Gal.iii. Lex ppter trāsgressionē posita est.s. vitandā. vñ Aug'. Qui peccat: nō peccat legis auctate: sꝫ ꝯ legis auctatez.xxiii.q.iiii.c.q pec cat

Pro tertio Ps̄. Legem statuit ei in via quā elegit.s.perfectōis et honestatis. Unō hanc sibi nobilitas legem imponit. vt nisi in beneficiis, excreuerit. nihil se prestare sēputet. iuxta Grego.de dona.c.i.

	Supra se	dei	ppter deum
Dilectio	Intra se	sui	post deum
	Iuxta se	primi	Ad deum

	Patrem	ppter patrem	reuerendum
Ut filius diligit	seipsum	in patrem	seruiendum
	pris amicu	ad patrem	honorandu

	Reuerentia		bonor	filior
Per paternam	Cõplacentiam	cui debet	labor	obsequior
	Amiciciam		amor	amicor

Pro primo Ephes. v. Ambulate in dilectione sicut et xpus dilexit nos. s. sũme bonus. Uñ. dilectio est fons pprius bonor in q nõ coicat alienus. de pe. d. i. ante. §. alij econtra de regula. c. licet. in fi.

Pro secũdo. Sap. vi. circa fi. discipline dilectio est. et dilectio custodia est legũ ipsius. s. sui ipsius in proximo et in deo. Uñ Gre. En ab vtrisq exterius diuersa vox prodijt: sed nõ adverso fonte dilectionis emanauit. s. in pcepiante hieremia et pdicante Esaya. viij. q. i. c. in scripturis. ante fi.

Pro tercio. Romanor. xiij. Dilectio proximi malum nõ opatur. et Job. xv. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet vt aiam suam po. qs pro ami. luis. s. fortiter. Unde Gre. super illo verbo. fortis est vt mors dilectio. Cant. viij. Uirtuti inquit mortis dilectio compatur. qr nimirũ mentẽ quã semel cepe rit. ad delectationẽ mũdi funditus occidit. de pe. d. ij. c. valida.

Dominica quinta post epipha.

Inuenietis requiem animabus vestris. Mathei. xi.
In verbis premissis tria tanguntur. scz

	Uiuentium	in languore	culpe
Status	Quiescentiũ	a labore	nature
	Regnantiuz	cum honore	vite

	Recuperatio	perditor	certa
In qbus est	Quietatio	defessor	grata
	Remuneratio	beator	plena. scz

	Emendatione	penitentie	salutaris
cũ	Dormitione	gratie	spũals
	Assecutione	glorie	imortalis

Pro primo. Luc. xi. Querite et inuenietis. s. vitam p penitentiã. Unde Aug. Inueniet illic vitã: qui hic discernit causam suã. de pse. d. ij. c. credere. in fi.

Pro secũdo Eccl'istici. xxiiij. In omnibus requiẽ quesiui. et in here. dei morabor scz perpetuo et cũ regno. Uñ cantat ecclesia. Requiẽ eternam dona eis dñe. Et Aug°. Qui veraciter egerit penitentiã et bene postea vixerit. qñcũqz de/

functus fuerit: vadit ad deum. ad requiem vadit: regno dei non priuabitur. a populo dyaboli separat. de pe. d. vij. c. ij. al. c. iij.

Pro tertio Sap. iij. Justoꝝ anime in manu dei sunt. s. in celestibꝰ. Vñ Greg. super illo verbo: mundamini qui fertis vasa domini. Isa. lij. Uasa inqt dñi ferunt: qui proximoꝝ animas ad interiora. i. celestia: perducendas in cõuersationis exemplo suscipiũt. i. q. i. c. necesse.

☞

Inuenietis.	Justiciam.	iniusti	homĩes	corrupti.
	Prudentiã	stulti		mundani.
	Tẽpantiã.	auidi		ventrosi.

Per	Sententiam	iudicij	futuri
	Intelligentiã	consilij	profuturi
	Abstinentiã.	ieiunij.	oportuni

Quibꝰ penitẽdo	De commissis	dolemus	feruenter
	A futuris	cauemus	diligenter
	A cibis.	abstiemꝰ	decenter

Pro primo. i. Corinth. iiij. Hic iam queritur inter dispensatores vt fidelis qs inueniatur. s. non scismaticus: nec aliꝰ infidelis. Vñ Hieronimꝰ. Ueteres scrutans hystorias inuenire nõ possum scidisse ecclesiã et de domo dñi populos seduxisse: preter sacerdotes q̃ versunt in laqueũ tortuosum. in omnibꝰ locis ponentes scandalũ. xxiiij. q. iij. c. transferunt

Pro secundo Prouerb. iij. Beatus homo q̃ inuenit sapientiam: et qui affluit prudentia. s. bone occupationis. Unde Hieroꝰ. Semp aliquid boni facito: vt te dyabolꝰ inueniat occupatum. de ꝯse. d. v. c. nũq̃. in prin.

Pro tertio Ps. Tribulatio et angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. s. angustia monasterialis. Unde Augustinus. Difficile sum expertus. meliores inueniri non posse: q̃ qui in monasterijs profecerũt. xlvij. dist. c. quantũlibet.

☞

Requiem	Sanctitatis	in	conscientia	viuentis
	Humanitatꝭ		fouea	morientis
	Eternitatis		gloria	perfruentis.

Sine	Remorsu	criminis	stimulante
	Motu	hominis	agitante
	Defectu	temporis	expirante

Quiescẽdo hic.	Justorum	in	seculo	presenti
	Defũctoꝝ		sepulchro	patenti
	Electoruz		celo	potenti

Pro primo Ecclesiastici vl. Uidete oculis vr̃is: q2 modicum laboraui. et inueni multam requiem. s. sanctitatis. Unde Gregoꝰ. In scripturis nostris vos magnopere redeꝫ quesisse narratis. sꝫ per hoc ad pastoralẽ sollicitudinẽ vos.

congrue venisse ostenditis.viij.q.i.c.in scripturis.in prin.

Pro scdo Ecclesiastici.vi. In nouissimis enim inuenies requiem in ea.s.voces Unde Ambro. Nemo potest dolere:quia in sepulchris christianorum requies est defunctorum.xij.q.ij.c.aurum

Pro tertio Ecclesiastici.xxx. Melior est mors q̄ vita amara et requies eterna q̄ languor perseuerans.s.quam requiem auarus non habet:nec temporalem. Unde Hiero⁹. Diuitias habuisti:ergo requiē perdidisti.dū vigilas augmētū diuitiarum cogitas.dū dormis latronē somnias.in nocte pauid⁹.in die sollicitus.et sic semper mendic⁹.fm Guid.xxx.d.c.penulti.

☞ Animabus fruentibus	Deifica	visione	indubitanter.
	Beatifica	exultatione	incessanter
	Angelica	associatōne	incunctanter

Quibus	Mens satiatur	premio	trinitatis
	Mesticia subleuatur.	gaudio	perhēnitatis
	Miseria roboratur	consortio.	immortalitatis

Cōtra	Hois appetitum	insatiabilem	in	habendo.
	Impetum	irascibilem		fremendo
	Decursum	termiabilem		cadendo

Pro pmo Sap.iiij. Hec est q̄ nesciuit thorum in delicto:habebit fructū in respectione aiarum sctārum .s.viuentiū in xpo. Un̄ Augu⁹. Cum inquit de⁹ sit vita aie:aia po sit vita corporis.sicut corpus viuere nō pōt aia absente:ita nō nisi deo pñte aia viuere valet.de pe.d.i.c resuscitatus.

Pro secūdo. Lu.i. Magnificat aia mea dn̄m:et exultauit spūs me⁹ in deo salutari meo.s.tanq̄ bn̄ picta. Un̄ Amb. Illa aia bene picta est:in qua est splēdor glie et paterne ymago subc.de pe.d.ij c.illa anima

Pro tertio Luce.xxi. In patientia vr̄a possidebitis aias vr̄as.s.in choris angelorum:p caritatē. Un̄ Prosper. Caritas est vita virtutū.virt⁹ pugnantium:palma victorum.aia sanctarum mentiū.causa meritorum bonorum.premiū pfectorum.de pe.d.ij.c.caritas est.in prin.

Item de eodem.

Cantantes in cordibus vr̄is domino. Ad Ephe.v.
In verbis premissis tria tanguntur

Scilicet	Uocis	modulatio	gaudiosa
	Cordis	gratulatio.	viscerosa
	Finis	pmēdatio.	fructuosa

Propter	Cantus	suauitatem	intentam.
	Organi.	nouitatem	inuentam
	Domini	dignitatem	immensam

Dominica.v.post epipha.

Quia	Cor	tangitur	interi⁹	recta intentione
	Cant⁹	emittitur	exteri⁹	munda locutione
	Xpo	dirigitur	supi⁹.	summa veneratione

Pro primo Colo.iij. In gr̃a cantãtes in cordibꝫ vr̃is dño.s.cũ intentõne. Uñ Hiro⁹. Audiãt hoc adolescẽtuli audiãt hij q̃bꝫ in ecclesia psallẽdi ẽoff.ciũ. deo nõ voce s; corde cantandũ est.xcij.d.c.cantantes.

Pro scd̃o Roma.v. Caritas dei diffusa est in cordibꝫ vestris.s.orantibꝫ deum Uñ Jero⁹. Nõ eñ verbis tm̃:sed ꝛ corde orand⁹ est de⁹.quapropter melior est vespe psalmoꝝ decantatio cũ cordis puritate:q̃ȝ psalteriũ modulatio cũ cordis anxietate.de pse.d.v.c.non mediocriter.

Pro tertio Roma.xiiij. Seruus suo domino stat vel cadit.s.remunerando ex factis. Unde Hieronim⁹. Ornat doctrinam domini:qui ea facit q̃ sue sũt apta cõditioni.vt e diuerso confundit eum qui non est subiectus in omnibus.xxij.q.v.c.si apud.

☞ Cantantes. canticum	Laudandum	innocentie	puerorum.
	Captandum	victorie.	delectorum
	Nõvitãdum	stulticie	reproborum.

Gratiosum.	sine	culpa	viatoris
Virtuosum		fuga	desertoris
Captiosum		cum ruina	peccatoris

Cantãtes.	Bt̃i imaculati	sine fece pctõꝝ	innocẽtes et iusti.
	Confitemini.	in foro pscĩbĩoꝝ	penitẽtes ꝛ ꝯuersi
	Ego dixi	ĩ dimidio dieꝝ meoꝝ	vadã ad portas ĩferi

Pro pmo Ps̃. Cantabo dño q̃ bona tribuit mihi.s.innocẽtie cordis ꝛ voc̃ et opis.vñ vide q̃d ore cãtas:corde credas.ꝛ q̃d corde credis:ope ꝯpleas.xxiij

Pro secũdo Ps̃. Cantabiles mihi erãt iustificatões tue.in lo.. sd c.psalmista pegri.mee.s.p bonos mores.vñ Greg⁹. Plerũq; in sacro misterio dũ blãda vox querit:ꝯgrua vita negligit.et cantor minister deum moribꝫ stimulat:cũ populum vocibus delectat.xcij.d.c.in sancta.

Pro tertio Prouer.xxv. Acetum in vitro q̃ cantat carmina cordé pessimo.s.ex affectu peruerso et affatu placito. Uñ Jero⁹. Nec in tragediaꝝ modis guttur et fauces medicamine leniende sunt.vt in ecclesia teatrales moduli ꝛ cãtica audiantur.xcij.d.c.i.

In cordibꝫ	Sinceris	puritate	affectus
	Deuotis	sanctitate	affatus
	Jocũdis.	hylaritate.	profectus

Non	Vitiis	immũdicia	lascivie
	Duris.	pigricia.	accidie
	Mestis	tristicia.	iracundie.

	Lotis		aqua	contritionis
Sed	Latis	cum	ligua	deuotionis
	Letis		fide	saluationis

Pro pmo Jacobi.iiij. Emundate manus peccatores: et purificate corda duplices animo.s.per sinceritatem morum. Unde Grego⁹. Interna morum ornamenta ex corde mūdo procedentia nos in futura vita celestiū gaudiorum participatione glorificabūt.xxiij.q.iiij.c.si non ex fidei.
Pro scdo.ij.ad Thessa.iij. Dominus autem dirigat corda nostra in caritate dei et patientia xpi.s.cum orone deuota. Unde Liprianus. Ido sacerdos parat fratrum mentes: dicendo: sursum corda. vt dum respondet plebs: habemus ad dñm. amoneant se nihil aliud q̄ dñm cogitare. de pe d.i.c.qn.
Pro tertio.i. Regū. vij. Preparate corda vr̄a dño: et seruite illi soli.s. letanter. Unde Greg⁹. Ita cordi nostro est innata leticia: vt negare petita minime valeamus.lxxxvi.d.c.cum multa

Dño.q̄	Carnales.		carne	assumpta
fecit nupti/as filió	Sacramtales	pro	sponsa	coniuncta
	Jmmortales		carne	resumpta.

	Uirginis	vtero		humanitate
Fecit in	Crucis	patibulo	cum	de humanitate
	Celi.	habitacto		pro humanitate.

	Per christum	caro	assumitur
Dū	Ecclesia.	christo	coniungitur
	Christi caro	celum	ingreditur

Pro pmo Luce.i. Aue gratia plena dominus tecum. s. pauper in seculo. Unā Hiero. Nunc nota cum paupertatem domus sue pauper dominus dedicauit. portem⁹ crucē ꝛ delicias lucrū putem⁹.xx.q.ij.c.gloria.
Pro secundo Apoc.xi. Corpa sctoꝝ iacebūt in plateis ciuitatis vbi dñs illoꝝ crucifix⁹ est.s. vestimēto nō scisso. Unā sicut dñi vestimētū scissū nō est: sꝫ d eo sortiti sunt pctōres: ita nec ecclesia scindi debet.xvi.q.vij.c.sicut domini
Pro tertio Marci vlti. Et dñs q̄dē ihs postq̄ locut⁹ est eis: assumpt⁹ est in celum ꝛ sedet ad dextris dei.s. ibi ꝛ hic existēs. vn̄ Aug⁹. Donec seculū finiatur sursum est dñs: sꝫ ꝛ hic nobiscū est veritas dñs. de pse.d.ij.c.i.in fi.

Dominica in septuagesima.

Ite ꝛ vos in vineam meam. Matthei.xx.
In verbis premissis tria tanguntur.

	Progressio	virtuosa		accessu gentium.
Scꝫ	Uocatio.	copiosa.	ex	concursu plurium
	Possessio	preciosa		profectu virium. scilicet

Dominica in septuagesima

	Exercitio	laboris	corporalis
Lū	Collegio.	amoris	cordialis
	Laboratorio	dulcoris	spūalis

	Fidem	egredimur		credendum
Quia p	Caritatē	pungimur	ad	diligendum
	Spem	vineā igredimur		colendum.

Pro pmo Michee.ij. Surgite et ite q non habetis hic requiem.s.ite spū ducente. Unde quisquis spiritusancto ducitur: episcopo suo contradicere: eat liber nostra auctoritate. xix.q.ij.c.domine.in fine

Pro secundo Johan.xv. Uos autem dixi amicos: quia oīa quecunqz audiui a pře meo nota feci vobis.s.caritate mentis. Unde Augustinus Panis dominicus facti estis: et quomodo videtis vnum esse quod factū est: sic vni i estote vos.de conse.di.ij.c.quia passus

Pro tertio ysa.v. Uinea dñi exercituū dom⁹ israel est.s.ecclesia. Uñ nō debēt fraudari denario diurno: in vinea dñi opantes.de mag.c.si.

	Stantes		otio	perdictionis
Ite	Jacentes	in	folio.	persuasionis
	Facientes		vicio	perpetrationis.

	Facientes	profectum	operis
Nō	Repelentes	suggestum	demonis
	Dimittentes	defectum	criminis.

Sz ite egredientes ō istj ad: Stadium	exercitationis	operando.
Prelium	expurgatōnis	resistendo
Lauatoriū	emēdationis.	penitendo

Pro pmo Macha.ij. Ite et interrogate diligenter de puero.s.ite ad deū. Uñ exēplis scōz patz sp vbi maior auctoritas est eūdū .xxi.d.c.submittitur.

Pro secundo Lu.x. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.s.vt probemini in dispensatione cōmissa: ne dum mensura celestis dispensatōis excedit: vertatur in ptumeliam disponentis.x d.c.certum.

Pro tertio Lu.xvij. Ite ostendite vos sacerdotibz.s.mundis: vos leprosi. vñ Grego.sup illo verbo: q sine pctō est vīm: pm⁹ in illā lapidē mittat. Jo.viij. Ad aliena inqt peccata ibant: z sua reliquerant: reuocent itaqz intus ad cōscientiaz: vt prius corrigant ppria: z tūc aliena rephendant.iij.q.vij.c.q sine. Sed pch dolor Chrysosto.o inqt quanta integritas.non fugim⁹ ebriosos sed unus ad illos.xi.q.iij.c.ad mensam.in fine

	Infantes		innocentia	baptismali
Uos oēs	Juuenes	cū	penitentia	salutari.
	Senes		perseuerātia.	finali.

Vocati hora	Prima	puerili	ad mortē	matutinam
	Sexta	iuuenili		meridianam
	Undecia	senili		vespertinam.

Cultores.	Incipientes	cū	depuratione	mentis
	Proficiētes.		maceratione	corporis
	Perficiētes.		ꝯtinuatione	temporis

Pro primo Johan.xv. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: vt eatis. scꝫ in viam iusticie. Unde Gregorius. Primo vosipsi iusticiam legis implete: et sic innocentes manibus ad lapidandam ream concurrite. iij. quest. vij. ca. postulatus.

Pro secundo Johan.xvi. Sed venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. s. sed non facit. Unde Gregorius. Fortasse que vos laudatis ille reprehendit. et que vos reprehenditis ille laudabit. pi. questi. i. c. sacerdotibus. in fine.

Pro tercio Mathei.xi. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos. s. cum salute. Unde sollicitos enī vos pro salute libenter recipio. xxxv. q. ix. c. veniam. in fine.

☞ In vineā excolendam	Con̄scie	penitētes	vt	renouetur penitendo
	Ecclesie	ꝓsidentes		cultiuetur proficiendo.
	Glorie.	ꝓfruētes.		vindeiec̄ fruct⁹ colligēdo

Conscientia.	Plantetur	virtutibus	bona faciendo
	Purgetur	erroribus	commissa plangendo
	Putetur	insensibus	futura cauendo

Ecclesia	Cōpluat̄	aquis regeneratōis	salubriter baptizando
	Fodiat̄.	ferris apertionis	vtiliter predicando
	Sepiat̄.	spinis punctōis	viriliter castigando

Pro ꝑmo Math.xxi. Homo erat paterfamilias q̄ plantauit vineā ꝛ sepe circūdedit eam et fodit in ea torcular ꝛ edificauit turrim in medio ei⁹. s. n̄ nociua. Un̄ Hiero⁹. christi vineam exterminātt vulpes inter lacos ꝯtritos q̄ nō habent aquas. s. intelligentie. i. hereticos. xxiiij. q. i. qm̄ vetus.

Pro scd̄o Prouer.xxiiij. Per vineā stulti viri trāsiui et ecce totū repleuerūt vertice ero peruenerunt superficiē ei⁹ spine. et maceria lapidū destructa erat. s. ꝛ ideo excolēda ꝛ ad statū deducēda. Un̄ vineolas faciēs i terra eccl̄ie: sibi eas resti tuere tenet̄. de pecul̄. cleri. c. si. ꝑscriptōe tpis nō obstāte. xvi. q. iij. c. si ep̄s.

Pro tercio Apoca.xiiij. Mitte falcem tuā acutā lendā et vindemia botros vinee terr.: quoniam mature sunt vue eius. s. sed non inebrieris. Unde prim⁹ Noe plantauit vineā: denudauit naturam et ignorauit vini potentiam. itaqꝫ vinū nec suo pepercit actori. iuxta Ambro. xxxv. d. c. sexto

Item de eodem.

Sic currite: vt comprehendatis. p̄ma Corinthi. ix.
In verbis premissis tria tanguntur

Scz	Actus	tempestiuus	in	currendo.
	Modus	ostensiuus		videndo
	Fructus.	nutritiuus		edendo

Scilicet	Cum laboris	promptitudine	vigorosa.
	Pre tenoris	certitudine	luminosa
	Pro dulcoris	magnitudine.	fructuosa

Ubi	Cursus	imperatur	cum	velocitate
	Modus	demonstratur		sedulitate
	Fructus	degustatur.		suauitate.

Pro primo Cañ. i. Trahe me post te curremus in odore vnguentorum tuorum scz non in fetore viciorum. Unde procliuus est autem cursus ad voluptatem et mutatrix natura viciorum. xx. q. iij. c. procliuus

Pro secundo. i. Cor. iiij. Sic nos existimet hō vt ministri xp̄i ⁊ dispensatores miste. dei. s. bñ agēdo ⁊ viuēdo. Uñ hostiario cum ordinatur dr̄. Sic age: sic viue: q̄si redditurus deo rōnem pro his rebus q̄ sub his clauibus ꝯtinent. xxiij. d. c. hostiarius.

Pro tertio. Ephe. iij. vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo: longitudo: sublimi. et profun. s. ibi p rem. hic per fidem. quā licet mēs humana nequeat plene rōnis inuestigatōe comprehendere. fidei tñ plenitudo complectitur. iuxta Ambro. xxiiij. q. i. c. non turbatur.

Sicut	Christus	in	stabulo	cū	voluntaria paupertate
	Paulus.		populo		necessaria veritate
	Justus.		seculo		meritoria sanctitate

Ut simus	Uita	decori	perfectum regulare
	Doctrina	sonori	verbum salutare
	Fama.	fructuosi	exemplum populare:

Sine	Cupiditate	alienorum	per	auariciam:
	Taciturnitate	verbi		accidiam
	Dehonestate	exempli		lasciuiam:

Pro primo Math. iij. Sic enim decet nos implere omnē iusticiā. s. terrena ꝯtemnēdo. Uñ Gre⁹. Sancti p̄dicatores sic a terrenis actibus ad sp̄ualia trāseūt: vt ad ea q̄ reliquerāt vlteri⁹ nullatenus reflectantur. de pe. d. i. c. pennata.

Pro scđo Mat. v. Qui aūt fecerit ⁊ docuerit sic hoīes: hic magn⁹ voca. i reg. ce. s. et doctrina necessaria. Uñ inter cetera q̄ ad salutē spectāt ipsi xp̄iano: verbi dei pabulum p̄maxime noscitur sibi necessariū. quia sicut corpus materiali. sic anima sp̄uali cibo nutritur. de offi. ordi. c. inter cetera.

Pro tercio. ps. Sicut audiuimus. s. in verbo. sic vidimus. s. in exemplo scõ
ꝛ nõ pu͛erso. Unde Jero. sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficit.
sic etiaꝫ vno vel fornicante vel aliud scelus cõmitente ples vniuersa pol-
luitur. xlv. di. c. Sed illud.

Currite	Festinanter	sine pigritatione	hois desidiosi
	Prudenter	deuiatione	itineris tortuosi
	Indesinenter	interruptione	tpis bellicosi

Canētes	Accidiosam	dormitationem	bonorum
	Maliciosaꝫ	machinatõnem	malorum
	Periculosaꝫ	meditationem	annorum

Sed currite	Bene	sine	tedio	mentis
	Recte		deuio	pedis
	Semp.		medio	mensis

Pro primo Ps. Uiam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cum dila. cor meum. s. ꝛ talis
est promouendus. Uñ Leo. sacri canones eos demũ sacris admĩstratio-
nibꝰ ydoneos ↄ̃sueuerunt: quoꝝ omĩs etas a puerilibꝰ exordijs vsqꝫ ad per-
fectiores annos per discipline ecclesiastice stipendia cucurrisset. lxi. d. c. mi-
Pro secundo Ps. Sine iniquitate cucurri ꝛ direxi. s. nõ (rantur. in fine
defeci. Unde Rabanus. Multi sacerdotum zelo dei se culpas perseq̄ pro-
fitentur. sed dum indiscrete hic agunt sacrilegij facinus incurrũt. et dũ pre-
cipites quasi ad emendandum currũt. ipsi quoqꝫ multo magis deterius ca-
dunt. xxiij. q. iij. c. non imperpetuum
Pro tertio. ij. Thimo. iiij. Bonum certamen certaui: cursum consũmaui: fidẽ
seruaui. s. et bene. Unde Grego⁹. In cassum bonum agitur si ante vite ter-
minũ deseratur. quia frustra velociter currit: q̄ prius q̄ꝫ ad metas veniat de-
ficit. de pe. d. iij. c. incassum.

Cõp̄hẽdatis brauium	Honoris	Pro	vigore	in	sede preclara.
	Quieti		labore		quiete perfecta.
	Triũphi.		agone		mercede beata.

Nã	Sedes	in	celo	superno
	Quies.		deo	eterno
	Merces		denario	diurno.

Sedes	extollitur	percurrentis
Quies	perficitur	perfruentis
Merces.	recipitur	deuincentis

Pro primo Job. xi. Forsitan vestigia dei cõprehendens et vsqꝫ ad p̄fectũ om-
nipotẽtẽ reperies. s. incõp̄hẽsibilẽ citra regnũ. Uñ dei prudẽtia nullis ter-
